

Band IX., Nr. 3666, Seite 155-156

Landrichter Schwigger von Gemmingen, Bitter Roberto Goler von Ravensburg und Schultheiß Heinrich von Heilbronn beurkunden das Ergebnis der auf Geheiß des Königs eingestellten Untersuchung über die dem Kloster Maulbronn überlassenen Reichsgüter in Heilbronn.

Heilbronn, 1287. September 17.

Swikerus de Gemingin iudex provincialis, Rabono miles dictus Goler de Rabinsberg et Henricus scultetus de Helicprunnen credere subnotatis et fidem plenissimam adhibere. Quia status mundi transitorius more fluentis aque labitur et vanescit, ideo requirit humana memoria, que preterit velut umbra, [ut] que digna sunt teneri scripturarum fidelitatibus commendentur. Noverint igitur universi presentes et futuri, quod in quibusdam bonis in civitate Helicprunnen situatis, que venerabiles domini abbas et conventus de Mulinbrunnen a domino nostro Rudolfo rege Romanorum semper augusto nomine et tytulo iusti cambii iam longo tempore quiete possederant, propter illorum bonorum quendam defectum serenissimus dominus noster rex Romanorum ipsis dominis de Mulinbrunnen Fridericum militem de Dicinbach¹, Hermannum dictum Smirer et Henricum dictum Stupphil cives et seniores de Helicprunnen ad notitiam vulgarem, que vulgo appellatur kuntschapf, sicut hactenus consuetudo inolevit, constituit pleno iure, qui quidem cives videlicet Fr[idericus] de Dicinbach, Her[mannus] Smirer et Henricus dictus Stuppil coram domino Alberto comite de Hegerloch loco domini regis in civitate predicta iuramentum prestiterunt corporale, quod ob eorundem bonorum defectum in ipsa notitia kuntschapf firmiter indagarent. Qui inquam cives predicti hoc impleverunt et coram nobis super prestito iuramento sunt confessi, quod quedam hūba vel mansus, quem quondam dominus de Slozberg² possederat, imperio et prefatis dominis de Mulinbrannen debeat attinere. Insuper dictum est etiam quod, quicumque dictum mansum possident et hactenus possederant, inantea sepefatis dominis abbati et conventui de Mulinbrunnen cum integro censu debeant subiacere pariter et servire. Testes autem huius rei sunt: Hartmudus dictus Rottigalle, Hartmudus Lemelin, Henricus de Gmundia et Wolframus dictus Frige et alii quam plures fide digni, qui dum hec fierent affuerunt. In cuius rei testimonium et veritatis sigillum regii iudicii Wimpinensis una cum sigillis Rabononis militis dicti Goler de Rabinsberg et

¹Vielleicht Bad Ditzenbach, Bad Ditzenbach, GP.

²*Slozberg*, unermittelt.

II

civium de Helicprunnen presentibus est appensum.

 Datum et actum Helicprunnen, feria quarta quatuor temporum [post exaltationem sancte crucis]³ anno domini MCCLXXXVII.

—

Nach dem Original.

 Siegel: 1) rund, 75 mm., der Reichsadler; Umschrift: IN . WIMPINA . AD . CAVSA . . . 2) fehlt. 3) schildförmig, 56, 45 mm., links blickender Reichsadler; Umschrift: . . CIVITATIS . HEILPRVNENSIS .

³Ergänzt aus der vorhergehenden Urkunde, die von derselben Hand geschrieben ist. Da der Ausstellungsort nicht derselbe ist, können kaum beide Urkunden am Tag der Datierung bez. Handlung ausgefertigt sein.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 51

Regesten:

UB Heilbronn, S. 15, Nr. 42.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Heilbronn

Ortsindex:

Bad Ditzenbach Wohnplatz (574)
 Bad Ditzenbach, GP
 Gemmingen Wohnplatz (1947)
 Gemmingen, HN
 Haigerloch Wohnplatz (16384)
 Haigerloch, BL
 Heilbronn Wohnplatz (1773)
 Heilbronn, HN
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Ravensburg Wohnplatz (5464)
 Ravensburg, Sulzfeld, KA
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Slozberg
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN